

## Werk

**Titel:** Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

**Autor:** Merian, Maria Sibylla

**Verlag:** Oosterwyk

**Ort:** Amstelædami

**Jahr:** 1717

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN476830389

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

**LOG Id:** LOG\_0065

**LOG Titel:** VIII. Galeopis florens

**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

dem singulari dexteritate protrudit, & hoc animalculum captivum deprædatur, cujus humorem exfugit, reliquum verò ficum rejicit, tandem mutationem subit, & in bullam claram transfiguratur, diebus quatuordecim elapsis, qualis in rosæ calyce remonstratur, musca prorumpit, quæ alulas intricatas, atque convolutas, per medium circiter horæ spatium pediculis suis extricans, ac explicans avolat, capite constat flavo, rubris ambobus oculis, corpore superius existente viridi, inferius flavo nigroque colore tincto, sex fundata pediculis flavis; facili negotio, commodèque capitur.

### VII. *Rosa sylvestris major.*

**I**N hisce rosis hujusmodi è lucido virescentes eruculæ repriuntur, ab antè sex ungviculis, & à retrò quatuor pediculis instructæ, in fine Maii fuscas in aurelias immutantur, undè quatuordecim diebus elapsis fimiles è lucido fuscæ phalænulæ producuntur, quales suprâ videre est. Infrâ hanc, punctulis viridibus intertexta, folium viride perreptat erucula, nigro capite, in medio mensis Maii in aureliam è lucido fuscam immutatur, in Junii principio prodit indè phalænula, cum alæ superiores, ungviculi que sex lineis flavis fuscisque variegatæ sunt, oculos habet nigros, & inferiores alæ cinereo tinctæ sunt colore. Ex alio latere viridis pariter hæret euca capite nigro, sex ungviculis ab antè, in medio totidem, & à retrò duobus adhuc pediculis constans, hanc solis, in finem usque Maii, rosis enutrivì, ubi in sese convoluta jacebat immota; elapsis aliquot diebus acarus inde candidus educebatur, qui in doliolum è lucido fuscum, ut in mediâ rosâ demonstratur, immutatus, in cœruleam exilem, elapso quatuordecim dierum curriculo, muscam transit, qualis paulò altiore loco apponitur.

### VIII. *Galiopsis florens.*

**H**Ujusmodi hirsutam nigricantem, flavis, albicantibusque punctulis exornatam erucam aliquo tempore hac herbâ enutrivì, sex ab antè ungviculis, in medio octo, & à retrò duo-

duobus adhuc pediculis constantem gressu celerrimam, in principio mensis Maii pelle exuebatur, in aureliam fuscam immutata, qualis infra conspicitur, immota jacebat, in principio Junii elegans in lucem indè papilio prodiit, cujus caput, alæ superiores, & ungviculi, atque cornula nigra erant, alis interim maculis flavescens conspersis, alæ inferiores duæ unà cum corpore minium referebant, volatu, præprimis tamen circa vesperam celerrimus erat.

Erucula hæc per dorsum viridis, & inferiùs alba pariter hac herbâ vescitur, Junio mense texturam conficit albam, ac in doliolum defiguratur, elapsis duodecim diebus, flava nigris lineis variegata musca in lucem prodiit.

#### IX. *Nux juglans florens.*

**F**ormosa viridis hæc eruca albis per universum corpus lineis, & albicantibus in quolibet membro punctis exornata reperitur in arbore nuciferâ, rarò tamen admodum, egò modò illam inveni, & in principium usquè Junii enutrivì, ubi foliis viridibus sese involvens telam albicantem tenuem parabat, ac in aureliam fuscam immutabatur, intrâ trium hebdomadarum spatium phalænula indè prodiit, cujus alæ superiores, ungviculi, & cornula fusca erant, inferiores alæ aureo colore rutilæ, vespere phalænarum omnium more volitabat.

#### X. *Viola matronalis purpurea.*

**H**ac super herbâ longiuscularum, ac gracilium erucularum genus ab antè sex ungviculis, & à retrò totidem pediculis constans invenitur, iter molientes partem corporis posteriorem priori jungunt, insignem gibbum hocce modo corpore formantes, hæc corporis proceritas curiosam inducit figuram, passus consequenter amplos promovent, Majo mense virides in aurelias immutantur, Junio elegantes indè producuntur papiliones capite, alisque superioribus flavo, fuscoque colore eleganter aspersis constantes, corpus unà cum alis inferioribus, ut & cornula cum ungviculis ex pallido flava, oculosque nigros gerentes, volatu, qualis ad dextram exhibitur, Ad celeres.